nescit ullam. Ipsum itaqz dominum iesum christum deprecor qui hanc beataz matronam Helenam tatis virtutuz gradibus sublimauit. vt z mihi idigno seruo suo peccatoru dignetur suis intercedentibus maximis meritis cōcedere. vt liceat eius extrema subire vestigia. Egressa autem ex eius corpore anima cū mulieres de lauado eo consiliuz accepissent: confessim ipsuz summopere ulceratū inspiciunt z ea quidem de causa accessisse. q̄ tot annis humi iacuerat. Canqz il lud in feretro ex more collocassent. z crucifirum supra pectus posuissent. subito Helena caput illi extulit adeo. vt deinceps vñqz dimitti potuerit. Itaqz si ei⁹ ingentes virtutes ripote prudentiam. ingenium diuinam eruditionem promissimum linguam comitatem amabilitatem humilitatem deuotionē z diuino rum gustum integratē pudicitie abstinentiam precipuam z abiectionez repertere voluerimus negotiuz inextricabile profecto assumeremus. Inuitata igitur beata hec nostra Helena ymo z excepta ad religionis sancte nuptias. Ubi noue sponse agni epitalamia quotidie celebrantur veste. s. nuptiali insignita confessiz in humiliore loco sedere voluit iurta saluatoris nostri iesu christi documentum. Qui dixit: Cum inuitatus fueris ad nuptias nouissimo discumbe loco vt veniens qui te inuitauit. Amice dicat ascende superius. Et propterea in finem a magistro triclinij domino nostro iesu christo iussa est ascendere superius ubi facta est ex eorum numero: quibus dicitur per profetaz. Surgite post q̄ sederitis: qui manducatis panez doloris. Ad nos itaqz ex huius viraginis sancte exemplum manasse putandum est illud diuini oris oraculum. Regnuz celorum vim patitur: z violenti rapiunt illud. Quod vt ipse qui hanc hui⁹ beatē edidi vitam desiderio querere operez attingere dei miseratione posim ipsi eius regni maximo conditori genuo flecto. atqz huic que cum eo iam iam triūphum agit z regnat regnabitqz in secula seculorum. Amen. ¶ Multa sunt signa atqz miracula z ante z post mortem ab ea perpetrata: que me in hanc sententiam impellunt: vt ipsam cum sponso eius christo domino nostro z sanctorum ascriptam agminibus minime dubitem. Et quibus duo cōpletear. Enī ciuem quendam Utinensem cui heleno calcereto nomen erat: cum a comitiali morbo grauissime teneretur oppressus/ pristine sanitati suis intercessionibus restituit. Beneuenuta quedam Utinensis cum per annos tres nullos sui coniugij dedisset fructus a despiciui habebatur vapulabatqz. Ex quo egre serens ad suos confugit: z eis quid cause subesset exposuit dicens se a riro auffigisse q̄ de ipse male mereretur. Posteaqz illi nupserit nullam vñqz sibi felicem diez affuisse seqz maiori dolore affici q̄ sine oulpa afficeretur z cederetur. Afirmabatqz se nunqz ad illum reuersuram. Quamobrem cōmplurime matrone honestissime Beneuenutam ad se conuenerunt: comoq̄tes z obsecrātes vt sibi caueret nec se despiciendam z infamandam exponeret. Quarum cōsilia cū Beneuenuta non admitteret: beata Helena eam ad se accersiri iussit. Nulla in quid filia mea te dubitatio teneat. ex te vir tuus liberos indubitate suscipiet. Redi cum eo in gratiam. Indeo spem fidemqz indubitataz collocato. Optatis equidem vestris ille respondebit. Uix annus intercessit. cum puellaz ediderit: q̄ orationibus helene factum fuit.

Uulnra.

Admiraculus

Admiracula  
eius come-  
morat.

## C De Angela Mugarola eruditissima. capitulum. clx.




Agela nugarola Veronensis oriunda / semina apprime doctissima. Etio quo pius eius nominis secundus ponuerat Romanus in Cathedra petri presidebat / et apud Veronam ortus sui Euitatem insignem ceterasqz Eisalpine gallie Euitates / et magna virtutum gloria / et poetica oratoriaqz arte / et insignis ac clarissima mulieru est habita. Hec quippe i primis generosi viri Antoni Mugarole splendidissimi Equitis aurati / et prestantis Antoni: qui Arco pugnacissimo oppido imperabat coniunct fuit. Mulier sane venustissimo et eleganti corpore / quam plane formam ipsa sua celebris doctrina apud omes clariorem reddebat: semina equidem imprimis humana / facilis / optimisqz moribus / ac pudicitie gloria admodum probatissima. Eius sermo suauissim⁹ pulcherrimis semper abundabat exemplis: et auditoribus quam maxime iucundus. Diuine littere magnopere hanc mulierem delectabant: quas et persepe versibus condebat idqz in omni genere carminis: quod quidem in muliere vide ri poterat admirabilius. Que inter cetera sue doctrine erudiimenta Eglogas non nullas tanto artificio confecit: ut sine iniuria cum cornificie suprascripte romane doctissime in celestibus litteris ase scriptis conferri possent: que Centonas confecit: ut dictum est. Et cum nobilissima familia esset edita / etiam maximum usum prese serebat / in curanda refamiliari sua / qz ordine suo cuncta administraret cum optimo viuendi exemplo: prudenter etenim / ac summo consilio semper omnia gerebat. Et cum in magnis diuitijs obuersaretur / etiam honorifice et liberaliter summa cum omnium beniuolentia / cum vicinorum tum etiam propinquarum his omnibus vsa memoratur. Rebus quoqz diuinis equē semper intenta / clemens / benifica / ac pia admodum existimata. Imprimis quidem modesta / pudica / atqz nimium moderata. Quibus plane virtutibus et gratijs / hoc etiam adiisset: qz per totam vitam suam / semper mariti beniuolentiam quoad nupsit: ad extremum usqz vite sue finem / incolumen inuiolaramqz optime servauit: semper cum summa deuotione viuens. Postremo cum vite sue ultimus aduenisset finis / eo morbo quo fere alii omnes solent / eam mortem obiisse feliciter constat. Eum de se non paruedoctrine monumenta et aliarum plurimarum virtutum documenta posteris tradisset plurima:



## C De Maria illustri semina Marchionissa Motisserrati. cap. clx.



Aria eius nominis nostro  
hoc in opere secunda Illu-  
stris Gulielmi Montiferra-  
ti marchionis uxore anno  
a natali christiano Millesimo quadri-  
gentesimo tertio et sexagesimo admo-  
dum adolescentula in Eisalpina gallia  
apud Easale sancti Enuasi urbem suaz  
maximo cum populorum luctu, partu-  
riendo defecit. Eius quidem decora-  
tanta fuere ut inter claras mulieres a  
nobis non in merito sit anumeranda.  
Hec imprimis Caroli Fusensis princi-  
pis Maurie regis nepotis filia fuit. Quam ferunt tante virtutis tanteq[ue] pre-  
stantie ac liberalitatis fuisse feminaz ut facile explicari non posset sermone. Que  
quidem artes in principibus tam viris q[ue] mulieribus magnopere desyderan-  
tur. Apprime eteim litterarum studium attigit, quarum sane voluptate i credi-  
biliter afficiebatur: s[ed] precipue celestiuz litterarum lectio illi cordi erat. Quib[us]  
ex documentis in oī gestu et sermone, quandaz religionem et sanctimoniam pre-  
se ferre didicerat. Tam humana tam comis, tam clemēs tam deniq[ue] liberalis-  
vit ab ineunte fere etate per totam galliam honorificus et frequēs de illa sermo-  
in omni re pliberalis modum suppeditabat, vnde benignitate vti posset. Ta-  
taq[ue] morum eius erat suauitas sic quoq[ue] ssibilis: ut oēs sibi tum fratum, tu-  
sororum loco haberet. Eius consuetudo donec tēpus nuptiaruz aduenisset se-  
per cum alijs mulieribus fuit: et ipsa quidem tam humana et ta facilis, ut non  
iam certe tanti principis filia s[ed] gregarij hominis videretur mancipia. Abi ve-  
ro ex trāsalpina gallia in Italiā tandem profecta est: quiuz duceretur ad ma-  
ritum plurimi illam i modum prope triumphi prosequebātur: vnde et toto il-  
lo suo itinere celebris et conspicua semper fuit habita. Dici certe non posset nec  
id quidem sine multis lachrymis quantuz eius populi indoluerint presertim  
pauperes sua profectione. Dolentes eteim subclamabant atq[ue] dicebant. O mi-  
serimi nos omne refugium nostrum omneq[ue] patrocinium nunc nunc nos oēs  
deserit. Quid nobis nūc et deinceps rebus indifficilimis ac nostris in necessi-  
tibus opem afferet: quis in arduis auxiliabitur: quis iacentes nos i calami-  
tibus subleuabit. Quo nos deseris vrica spes nostra? Postq[ue] aut̄ Italiā  
nostram attigit, celebrateq[ue] fuissent eius magnificētissime nuptie in Alba sua  
urbē que eius fuerat aī, magnitudo atq[ue] magnificētia mirifice declarauit. Di-  
missura eīm omnes qui illam comitati fuerant cum duceretur ad marituz et iā  
ad suos essent domum regressuri: numero videlicet supra quadringentos: cuz  
principū tum etiam alioz nobilium atq[ue] aliorum: qui i feriori loco nati fuerāt:  
pro ratione personarum: ad vnum omnes magnificētissima liberalitate est  
prosecuta: gemis videlicet et alijs preciosissimis quibuscunq[ue]. Nec sibi ipsi  
quidq[ue] reliquit: preter tenuissimam Eathenulam auream quam decoris causa  
collo gestabat: ne quem aī indonatum dimitteret. Hec tam inaudita magni-  
ficētia et i Monteferrato et i Gallia vsq[ue] in hodiernū diem cū i genti celebritate



**D**e Maria Montiserrati Marchionissa Et Senebria Sambare memorantur. Apud maritum vero et eius principatum omnem non minorem gloriam aut laudem quam apud patrem est assecuta. Nam in omnes eque se comedem facilemque ac phumanam prestabat: sed in pauperes imprimis: quos omnes et verbo et opere consouebat: his erat patrocinio hospitibus tuebatur. que virtutes sic circa in ea commendabiores esse debet: quod pace talium natalium huius ingenij/huiusque naturae/hodie inueniuntur. Huiusmodi itaque ornametis: hoc quoque accessit: cum oppida Eastella/ ricosque sui principatus adiret: hec illi praecepsa consuetudo erat: si quam forte supplicationem ultra eidem offereretur: que pauperem ostendere aliqua ope indigere oblatam/ aut manu semper gestabat: aut suo in sinu certe collocabat. Neque quemque a se unquam dimittere volebat: donec implorantis auxiliu necessitatiprospexit. Illud quoque pheanni laude dignum in ea excelluit: quod nunquam ullis voluptatibus tam delinita fuit ut suorum subditorum potuerit obliuisci. Semper etenim sua insocietate ceterus seminarium habere volebat: cum nobiles tum etiam honestissimas matronas ac ancillas virgines: cum quibus ea se gerebat modestia et morum suavitatem / ut ex eius ore nunquam fuerit verbum quod merito reprehendi posset. Tanta preterea fuit ipsius prudentia tantumque ingenii: cum omnibus ancillis subditisque suis: ut nulla unquam conjecturare potuerit: que animo illius esset carior aut certe gravior. Nam cum omnibus ipsa tam equaliter se gerebat: ut nulla unquam aut gloriari aut conqueri potuerit se illi gratiorem esse: aut e contra minus amari. Tres tantummodo hec tam cordata tamque optima adolescentula cum marito viri annos ex cuius coniugio duas edidit filias. Quarum altera Margarita nomine Ludouico Salutarum Marchioni nupsit: que adhuc viuere dicitur. Sed in alterius puelle partu prohdolor e vita migravit. Que mors certe summus miser ac summus dolor non modo marito/ sed etiam omnibus suis aulicis ac universis populis fuit: qui infinitis prope lachrymis et tristitia ac pietate eam tamquam paratem diutius luxere.

**D**e Senebria Sambare erudita femina. cap. clxi.

**S**enebria clarissima femina natione veronensis: clarissimi Brunori Sambare et primoribus Eiusibus Britannis: tempestate p[re]sis pontificis Romanis eius nominis secundi/ sua egregia eruditio ac alijs plurimis bonis artibus immortale nomen atque gloria eius in potentissima urbe Britiana alijsque locis cisalpine gallie adepta est. Que quidem prestans mulier in primis leonardi Augarole equitis aurati filia fuit: que et forma/ prudentia/ religio etque ac liberalitate multum excelluit/ facilis p[re]terea ac oib[us] admodum affabilis. Inquit enim quod d[icit] incredibilis dexteritas cum oib[us] rigebat/ ac mox singularis legitatis in omni



gestu. Urbana imprimis que omnia eam permaxime honestabat. Decorabat insuper illam quedam maiestas in vultu mirabilisq; aspectus omnino dissimilis ab illis mulieribus que summam paternitatem plane demonstrant: cui salutans, designatur quodcumq; alios resalutare. Excellebat i ea inter cetera etiam precipua bonarum litterarum disciplina, a doctissimis et eloquentissimis viris apprime egregie instituta: quam obrem, i oī genere litterarum, maria de se opynionē apd oēs citabat. Argumento sūt ep̄le eius luculēte: et cū maria doctrinā scrip̄te. Eui⁹ oī tu⁹ modesta, tū etiam magnifica fūcat existiata. Sestus preterea, et oīs cōpōis sui motus nunq; ab his dissentire videbant. Mores insup admodum pudici, qui cum quadam grauitate coniuncti essent illaz nō parum ornabat. Elucesebat itez in ea quidam cōiugalis pudor atq; fides. Diligētissima quoq; erat oīs honoris et decoris tam mariti: q; etiam sui: et id nō minus q; Emilia tertia supradicta, superioris Africani viror: cui nō solū domi mariti, s; etiam rbiq; maria illi cura fuit pacis, et cōiugalis cōcordie amoris, ut monumētis clarissimor: ingenior: ad nos vscq; manasse cernim⁹. Tāti igit̄ momēti ei⁹ auctoritatis et existimatidis erat habita hec matrona i signis Senebria. In subditos eīm suos summa prestabat hūanitate: et circa plurimū letabat qn̄ eoꝝ posset extingue discordias, si forte inter illos aliquādo fuissent exorte. Visitabat egrotos, cū ingēti studio atq; amore, quos reb⁹ tum etiam verbis dulciter cōsolabat. Hoc et amplius i ea mirandaz fuit: quia rbi ratio uel neccessitas expostulabat, familiarē, humanaz, facile, et piam sese exhibebat. Tam erat in suos propēso studio, vt et equalis et soror vere posset appellari, nō que posset eis imperare. Sepe etiam hoc verbu⁹ illi usurpabat. Sapientes viros, sapientesq; feminas, apud mltitudinē ab omni ambitione vacuos esse debere: ecōtra autem opā dare, vt is placeret qui vera laud digni existerent. Memor quāmarie erat beneficioꝝ, et grata i illos qui i se aliqd cōculissent vel re, vel opere. Cōstanter iustitiaz coluit: et inocētiaz custodiuit. Secunda liberis precipue marib⁹: quinq; eteiz peperit. Quoꝝ primus Mafeus appellatus vir prestati quadaꝝ corporis dignitate. Secundus petrus excellēti ingenio vir eximiaꝝ virtute ac magnificētia: qui merito statuꝝ virtutum a pontifice maximo paulo ei⁹ noīs secundo eximia affectus fuit dignitate: vna cuꝝ fratribus et posteris suis: cui⁹ quidem pietas: nūq; posset satis pro dignitate laudari. Tertius Joannes franciscus in armis satis exercitatus, validus et summi consiliū vir. Quartus Nicolaus imprimis phumanus. Quintus postremo Māsilius protonotarius et iuris pontificij decore ornatus. Quorum omnium virtus clarumq; nomen, non tantum matri ornamento fuere: sed etiam proptōti. Eisalpine gallie gloriam immortalem attulere. Hec itaq; tam clara feminā diuinitis scientia et virtutibus ac liberis tam fortunata nō tanq; Myobes Ambphonis Thebanorum regis filia fortune lusa insipiens fecerat: que superbiēdo non gratias egerat: que quidem ex innumerabili prole diuinos sibi quesierat honores: pro quo nomen suum in multis seculis sibi fecerat exosum: sed ipsa clara Senebria de omnibus sibi concessis cum gratias immortales deo egisset: ad extremum adhuc in iuuenili admodum etate, modum vite sue posuit. Eius mortem innumerabiles prope populi non secus ac si parētēz collachrimarunt. Elataque fuit magnificentissimo funere, pro dignitate et splēdore suo rum: ut clara mulier merito requirebat.

Petrus co  
mes gāba;  
ra et relig.

De Isota Mugarola Eruditissima Virgine

**T**de Isotba virgine nugarola veronense erudita: cap. clxiii.



Sota virgo Mugarola predicte Senebrie soror, semi na iprimis doctissima: anno a natali xpiano millesimo quadrigétesimo seragesimo sexto: apd veronā vrbez suam: cū i celibatu totaz egisset ritā exticta ē. Hec qppē amore virginitatis ducta: a matrimōio cōiugali prosus aliena esse voluit: etsi id sinenter a pleriqz magnis viris ad matrimoniu solicitata fuisset. Sz neqz ab illis suis propiquis: aut affinib⁹ vel a inicis cā ab hoc suo laudabili pposito rnqz potuit amoueri. Et vt oēz nuptiaz molestiā r otium (quo nihil pnitiosi⁹ mihi videb⁹) ase posset arceri: ad studia litteraz se oib⁹ modis cōtulit. In qb⁹ certe tātuz excelluit: vt i ea plane reuirisse videref prisca illa virginū antiquitas r dignitas: quas illustres sempiterno pconio decorauerat, vetustas. Et iccirco om̄is sui tēporis m̄lieres iuario litteraz genere anteire dicebat. Ei⁹ eiz i geniū suāqz doctrinā: ac splēdoriē i tacti corporis sui: nec nō r abstinentiā frugalitatē ōzōnes ceteraqz ei⁹ virtates oēs venerabāt. Celebrata erat marie grauis: vt r doctrīa cū veterib⁹ mulierib⁹ cruditis merito posset cōparari. Quod cōfirmāt ei⁹ lucu lētissime ōzōnes: quas maris pōtificib⁹ Romāis aliquor destinauerat. Nicoloao v3 qnto r Pio secūdo: p̄cipueqz i eo Eōuentu quē Mātue egisse eū cōstat. Suadebat namqz r hortabāt validissimis argumētis r probationib⁹: nō sine maria exemploz copia: cū pontificez: tum Reuerēdissimos sancte ecclesie Ear dinalez r christianoz prīncipes aduersus Turcum: qui christianū nomen r christianā religionem conabāt euertere. Que quidez oratio tātaz prese cerebat doctrinā: tantuqz nitorem r eloquētiaz: quātuz quis certe verbis explicare pos set. Eui semine pp eam doctrinā r optimū dicendi moduz: nō posset dici: quantum laudis quātumqz ornamentum eidez accesserit. Alcenus etēm Cardinalis grecus vtraqz lingua excellens: r qui i diuinis doctrinis maximum etiā rsū babebat: ea oratiōe audita statim quadam admiratione p̄motus: vt corā agnosceret: quā admirabilez et ratōe dicendi cognouerat: veronā cōtendere voluit. Vix quippe credibile videbas: suoqz temporū feminaz illā iuenirt: que tanta eruditioē tātaz eloquentia prestaret. Qua visa: r audita celeste poti⁹ qz humānum factum iudicauit: vnde eam in iphis virtutib⁹: r ipsas in se ad magnaz dei laudem suiqz edificationē admiratus est. Hec planenō soluz studia humanitatis sed r philosophy am attigit: nec etiam Theologie sacre ignara fuit. Conferat inter cetera Altercationē quādam idest dyalogū: cū vrbis sue prefecto Al uisio foscaro patritio veneto: viro egregie litteris culto: quo querebat: vtrū Adāz prothoplastus nr plus peccauerit: quā Euā: mandatum domini trāsgrediendo. In quo quidem ipsa Euā ille Adā tueſt. Quod p̄gregiū sane op⁹ pluri⁹ admodum placet: qd marie cū quadā noua theologia: cultuz r eloquētiaz i eo iūrerit. Inueteri nouoqz testam̄to admodū fuit exēcitatissia: vnd r biblyā



Ratio iso  
the ad pō.  
maximuz.

Dyalogus  
Isotbe-

De Isotha Augarola

Et Isabella Neapolitana

ferme totā eaz didicisse cōstat. Operum preterea quattuor doctorū atqz aliorū eque studiosa. Nihil ferme ab ea dicebatur: qđ p̄fis Augustini testimōio non statim comprobaret. Diuum etiā hieronymuz semp i man⁹ tenebat: uel pp elo quētiā suam que eaz delectabat: vel q̄ plura q̄z ceteri doctores ad sc̄tās scri bcret virgines. Nō posset equidez cnnarari q̄z absolute quāqz p̄sumate doctrīne fuisse hec Isotha virgo pegregia mulier. Prestabat queqz i emmarabili corporis dignitate optimis morib⁹ predita. Habitus aut̄ ei⁹ corporis semp quasi ad vidue cultuz accedebat: quē in tota vita custodiuit ⁊ gestauit. H̄ta igitur octo ⁊ triginta annos sūma māsuetudine sūmaqz gratia i oī parte vite claruit: ⁊ nō tātum his quib⁹ erat coram nota sed etiā illis quib⁹ nūqz fuisse visa: tan tum valuit tātūqz potuit fama ⁊ nomē optimaz virtutuz i hac virgine. Atqz tādez hūc cōsumatissie vite finē nacta est Isotha virgo eruditissima oī prepe laude etiam cumulatissima.

De Isabella Ferdinandi Regis uxore. cap. clxiii.

**I**sabella Regina Neapolitana, ei⁹ noī secunda ex cellētissimi regis Ferdinandi pudicissima cōiūr: hoc āno: qui est quintus ⁊ sexagesimus sa lutis n̄e supra millesimus ⁊ quadringētesimus: apud neapolim regiā suaz quartodecio chalēdas Aprilis: cū maximo miseroz i comodo deceſſit: ⁊ regio funere elata i diui Petri martyris tēplo est tumulata. Mulier sane cūspicua ac inumerabilib⁹ virtutib⁹ insignita. Que iprimis Tarentini principis neptis fuit: quam quidē Alfonsus Rex filii nuptijs iūgendam oī studio incircō cōtendit: vt regnū filio magis magisqz firmaret: presertim pulchritudine illius ⁊ virtutib⁹ maxime adduct⁹. Excellebat etēim in ea iprimis extima forma quāta marie dici posset. Nā regalis illi ex igeñio aspect⁹ vt vel solo aspectu regina facile posset ab oībus iudicari. Erat maxime eloquēs/marima ve oīonis suauitate predita: affabilis iprimis pudici mores ac oīs pudoris pleni. Dele ctabatur magnopē viris doctis beneqz moratis. Probe mulieres probetqz ige nijs femine illi maxime cōdi erant: ⁊ ḡra apud illā plurimuz valebāt. Ex regia autem sua ipuros hoies ⁊ minimi sensus prudēter submouebat: quos vero dicerat igeñio prestare ⁊ grauitate oī studio ⁊ impensa ad se accersiri faciebat: quos certe caros gratosqz habebat. Hec minus vocabat ad se mulieres ⁊ virgines iam viro maturas que illi iprimis nō modicū care erāt. Dabatqz operaz vt i tebus diuinis ⁊ hūanis pegregie istituerent: cū quib⁹ ⁊ persepe suas lata bat curas/honestissimis ai remissiōib⁹: quā quidē viuēdi ratiōez optimā/ multi cernētes ⁊ itelligētes/nō iā regiam eius domuz s̄z potius religiōis locuz esse astruebat. Habitus eius ⁊ corporis cultus sūme modestie idices erāt. Hec itaqz prius q̄z Regine nomē adipisceretur: Calabrie cū Ferdinandō marito suo ipa uit: postea vero q̄z Regine nomē iuenit: maiore diligētia ⁊ studio id tueri con-



tendit: idq; seruare in maioribus opibus p̄stituta: quod ante iſtituerat: et hoc religioe duce ac alijs pluribus preclaris artib; sic ut ea admirabilis adeo p̄di caretur: ac si e celo ad hoies foret diuinitus demissa. Post Alfonſi autem regis morte Joānes Renati filius ex gallia trāsalpina cū exercitu in regnū venit: ut id regnū paternū sibi recuperaret. Secūq; sui exercitus impatorez Jacobū p̄ cininū admodū strenuuz et rei militaris peritissimum addureret. Quo audito euestigio Ferdinandū rex Neapolitane vrbis custodiā huic sue vrori regie oēz commendās iple assumpto valido exercitu rebus oībus ornato: ut castra castris opponeret p̄tra hostez profect⁹ est. Que ciuitatis administratiōe suscepta: sec p̄pe annis: eā magno p̄filio maximaq; prudētia administravit: atq; in ſumā qete et pa ce: amoreq; ciuiū p̄seruauit. Quādiu autē vrbis prefuit: multa iustitie exēpla edidit: et id aduersus nocētes magno quidē et excuso aio. Mōnūq; ad maritū mi sit dicēs: nulla se afficeret molestia: neq; quicpiā timeret de reb⁹ suis donec ip ſa p̄reſſet. Mūq; in tātis occupatiōibus regni ſui occupata: voluit res diuinās intermittere: aut p̄ces: aut ieiumia negligere: atq; alia huiusce bona q̄ ad placādaz celestē irā p̄tineret. Et ob id ēt vtebat magna liberalitate et frequēti i pau peres: cū eſſet mulier optima et religiōis custos. Eōtinētibus eteim p̄cibus ad deū agebat ut regnū illud ſibi tueretur: ſi ad ſalutem aiay ſuaq; eſſet futuruз: Eūq; rer aliquādo in ſumā verſareſ tristitia et q̄ſi iaz aio p̄cididet: ei⁹ exercitu ab hoste fuso: neq; ei eēt aliqua pecunie ſpes: q̄ bellū restaurare poſſ3. ipſa pri dētissima ſic cū ſuis ciuib⁹ egit: ut regi opeз ferēt: eidēq; subuenirēt. et ſatis p̄ rōne tpis magna p̄tracta pecunia: eā oēm ad maritū miserit resarcēdum. Si mul ethorās ſimul ēt p̄ſolās nihil timeret: nihilq; vereref: poti⁹ ſpē oēm i deo collocaret. foreq; vt breui oīſ tristitia ai oīſq; alia egritudo maximū in gaudiū et leticiā comutarēt. Itaq; itra paucos dies factū eſt. et patrui ſui opa v3. Tarē tini principis. q̄ duduз Joānis p̄dicti Andegauēſis reb⁹ marie ſtudebat. adu ctus buius neptis ſue p̄cibus repēte rex Fernādina meliore loco eē cepit. reda cto. ſ. in meliorē et trāquiliōrē ſtatū rex Neapolitano regno: nā deinceps maiore cuз gl̄ia regnauit. Qd̄ pius ei⁹ noī ſecūdus p̄otifer Ferdinandū regē dyadema te ipoſito p̄ſirinauerit. Regno igit̄ hoc mō pacato Isabella diſſimilis vñq; ſui eſſe voluit: p̄ decē reliquos annos quos poſtea i regno eodē egit. Regia certe magne v̄tutis: et hodie vſcq; p̄ totū regnū illud magno celebraſ p̄conio: frequētissimusq; de illa ſermo: cū ſumā plane testificatiōe v̄tutis et beniuolētie in illā oīuī. quāti hec regia v̄tute p̄ſtiterit: nō paꝝ certe eſt argumētū. Tā cara tāq; accepta marito fuīt. ut illā p̄pe diuinā feminā eſſe p̄testareſ. q̄ ut ſuo ſtudio ſatiſfaceret: quo dū viueret affici mario pſpererat. iuſſit tēplū beati petri martyris magnificētissime restaurari: idq; cum mario ſūptu: in eo q̄ppe plusq; octo millia aureoꝝ regē p̄stat ipendisse. Que qdeꝝ pecunie ſuma: collocata: fuit in oī genere vefis: q̄ magnificētissima tēpla exornari ſolēt: auro et alijs p̄ciosiſſimiſ rebus iterat. Audiebat cū maria ai iucunditate theologos de ſacris litteris diſerētes: a sanctaꝝ litteraꝝ lectiōe nequaq; aliena. Innumerabilib⁹ itaq; virtuti bus hec regina mirifice p̄dita: cū annū primū et q̄dragesimū attigiffet. febri cor repta in quādam incidit egritudinem: quā nūq; pudoris cā modicis detegere ſuſtinuit. Eius morbi vi ſubacta: cuз obiuſſet oīa que xpianum decet hoīem: leſu cbristi nomē ſenip in ore habens. ſancta celo reddidit aīam. Eius mors

*Optimus re/  
gine hui⁹ ex  
emplum.*

tato dolori tatoqz merori ⁊ egritudini viro ei⁹ regi fuit tori deniqz regno vt nū qz maior luc⁹ fuerit audit⁹ aut certe visus: s3 neqz maiores gemit⁹: quā in hui⁹ optie ⁊ pclarissime regie morte. Sepulchro qpppe magnificētissimo a rege ē de corata: post cui⁹ mortē iuenta est capsella qdā inq cū extimaret qdā piosa eē reposita dephensū est illico ciliciū aspimuz cū flagello quo deuotissima regia corp⁹ suū affligebat vt grāz dñi nři iesu xp̄i posset pmereri. Quinqz filios viro suo regi ferdinādo supstites religt. Mares tres ⁊ femias duas. Quoꝝ primus natu Alfonsus ret. postea a Carolo frācoꝝ rege regno pulsus ⁊ apud Siciliā nupime vita funct⁹. Secūdus illi dict⁹ Theodoric⁹ adhuc supstes nūc regnuz administrās. Postrem⁹ Joānes appellat⁹ sc̄tē romane ecclie amplissim⁹ cardia lis iā ⁊ ipse defūct⁹. Altera ex filiab⁹ maior natu leonora dicebat. Herculi am plissimo ferrarie duci vror ⁊ ipsa oī exēplo virtutis hui⁹ Isabelle extitit merito filia: minor etate beatrīc̄ panonioꝝ regia prudētissima ⁊ ipsa virtutū multaz ac rez diuinaz apetētissima vt supra i plogo hui⁹ op̄is diffuse ptestati sum⁹. Eu ius qdeꝝ virtutes ⁊ bonas artes regine ercellentissime hic conterere volui: Pro ut ⁊ tenue ingenium meum pcessit. Ut quanta mulier quantaqz regina fuerit isabella parthenopea posteri omnes ediscere valeant.

**E** de Bona lombarda in armis strenua muliere. capi. clv.



Ona Lōbarda i valle telli na agri Mouocomēsis vr bis (apd lariū lacū site) na ta: q̄ v̄z in cisalpina gallia Mediolanensi ipio paret anno salutis n̄ke millesimo q̄dringētesimo seragesi mo octauo postqz in militari glia mul tis claruerit facioribus in metone pe loponensi oppido ex ventris pfluuior̄ pianissime vita decessit. Mulier ⁊ ob scuris ⁊ ignobilib⁹ edita parentibus: prout ifra explicabit. Hec igit clara fe mina pri⁹ pellicis loco postea legi pſio mſumonio iūcta est petro brunorio parmesi pitissimo rei militaris duci. Quam cū vidisset ducēs copias suas p rallē illā tellinā (quā vetēs Rheticā appella bāt) adoleſcētulā admodū i cāpis greges pascentē plurimū deformē nigro v̄z colore breuiqz statura s3 valde strenuā cū alijs suis sodalib⁹ puellis (q̄ ēt greges pascebāt) ludentē p v̄z rapuit: ⁊ eā secum adduci pcepit. Quā qdeꝝ recreatiōis loco pſepe mutato habitu mō muliebri mō virili veste exornari pſcipiebat. Etiā nōnumqz i illa sua adolescenti etate illā mulis ⁊ cāibus suis venatricibus pſiciebat. Uerūt̄ etsi p̄ceptu illā p oēm modū habē videref: nihilomin⁹ icredibili ipsi⁹ petri brunori amore ⁊ studio tenebat ⁊ eā obreꝝ oēs labores ⁊ ne cessitates atqz erumnas equo semp aio tollerabat. Et idcirco in oī itinē cū ipo suo petro brunoro dño suo ū ideffessaꝝ comitez exhibuit: p quo ēt cū ipsotan deꝝ ad Alfonsuz regez Neapolī v̄sqz est pfecta. Per ideꝝ igit ipsi⁹ ideꝝ petrus brunorus cū Frācischo sforzia tū comite aduersus regez Alfonsuz stipēdia fa ciebat. Tūc rex ipse Alfonsus egit vt petrus brunorus a Frācischo petrus ipē



brunorus desiciēs ad se trāsmigraret. Qui rursus p̄silio mutato statuit ad eū redire: quā fugā cū rex parari aīaduertisset. hoiez clā cōprehendi curauit: t̄ i vincola coniici p̄cepit. rbi t̄ diuiti⁹ sine vlla libertatis spe custodiri voluit. At Bonā sui amātis fortuna tam misera tāqz calamitosa miseratiōe t̄ pietate comota/ quā illū ardētissimo studio t̄ beniuolentia qdā piugali tāqz Ypsicratea olim pōti regia miridatis piuge ipsuz p̄seqreretur. Statuit illū quoquomō ex vinculis regijs eripe: qd̄ vt efficeret oēs difficultates. oēs labores/ t̄ queqz asperima adire. Unū iprimis cā obrē ad oēs italie p̄cipes t̄ potentat⁹ atqz Salloz regē t̄ Burgōdīoz p̄ncipez philippū sine vlla sui rege accessit. t̄ ab eisdem marie/ qz senatu vnero ad hāc rez obtinendā litteras ipetrauit. Pro quoqz rogatu rex tādem delinit⁹. Petru brunoz a carceribus exemit/eumqz huic viragini Bone p̄cubine demum liberū p̄donauit. Illoqz tāta cū difficultate/libertate donato/ Bona vt sua in eam cumulasse videref beneficia/ et curauit vt cuz venetis stipē dia faceret: amplissima eidē stipe data videlicet plusqz viginti milliuz aureoz: quo posset copias suas resarcice/ t̄ oī apparatu instruere. Quibus qdem beneſitijs p̄marimis idē Petrus brunorus adductus/ t̄ sua singulari fide atqz virute permot⁹. cuz vsqz ad id ipsam tāqz ville mācipiū abiecisset sempqz cōtempſiſſet ne igratissimus videref/noue meritoz marimoz īmemor. illā statuit sibi legiptimis nuptijs copulare t̄ piūgere: nec cā pellicis loco ampli⁹ habere: ex quo mor mares duos femināqz vnam suscepit. His ex sua gestis ex illo postea ipse Brunorus eidē Bone nō solū oia sua fz t̄ se ipsuz credidit/negociaqz queqz sua mādauit/nihil sine ei⁹ cōſilio agere p̄ſumens. Ex his suis p̄marimis p̄ſilijs ipſe brunorus nō paruā auctoritatē apud venetos adeptus est. Hec qdeꝝ sine magna sui vtilitate t̄ comodo. Etsi subrusticis parētib⁹ nata extiterit hec bona nihilonim⁹ postea rebus diuīs dedita/ac in paupes xp̄i admodū liberalis est habita. Induebaꝝ egdem cultu iſigni semp ac expedito. Si pedib⁹ iter facere cōtingeret ſep̄ armis t̄ restib⁹ decori milites illi educebanſ. Exiguo enī cibo semp p̄tentia crat. perqz oēz ritā suā semp vno abstinuit. qd̄ illi fuerat a natura iſituꝝ. Erat aio t̄ igeñio p̄ſtātissimo. In oppugnādis oppidis t̄ castellis semp armata iter primos verſabat: primaqz subibat ad muros. In re aut̄ militari lōge exercitatissima: qd̄ cū in multis specialiter i bello q inter venetos t̄ Frāciscū ſortiā tū Mediolani ducē gerebaꝝ ostēdit. tū p̄cipue cū amissō castello Pauono agri brīcīſis/tāta eius enituit xtus/ vt oēs stupore mirarent̄. Are pto. n. leuo brachio ſcuto enſez ſtricto ducē fe cūctis p̄buit. ad emulādū dec⁹ recepti castelli/armis oībus iſtructa castellū depdituz recuperauit. Que res prorsus fuit inaudita t̄ egregijs monimētis celebrāda/tāta in muliercula corpore parua virtutē bellicā eritisse. Eodēqz tpe t̄ timebat t̄ admodū amabat ab oībus tā eqtibus qz peditib⁹: t̄ id qdeꝝ supra qz dici aut excogitari posset. In oī itaqz negocio t̄ prudētissima semp t̄ sapiētissima ferebat. In altero quoqz p̄ſimili xtutis negocio nō min⁹ excelluit: qd̄ mīme reticēdū puto. Declaratus. n. paschalis mari petrus venetoz dur: ad iſinuādā vniuersis nouā ipsius p̄cipis leticiā edificatiū fuit in foro sancti Marci et senat⁹ decreto ligneū castelluz t̄ id q̄ppe validū valde qd̄ fortū militū p̄ſidio firmari iuſſerūt: q quidē milites castelluz tucentur: p̄cul bellatores submouerēt. Hec nāqz bona mulier a patribus depoposit ſibi id castellū expugnādū pcedi. Que iſtructa acie ex militari


Expugna  
uo castelli  
in venecia

disciplina seruado ordines toto corpore armata cuz clipeo z nudato Ense iau  
dita moliri visa est. Nec vñqz visa ad hui<sup>9</sup> castelli expugnationē nec alio i plio  
qzqz aspero z accri defatigari: sic vt oēs p̄cipes q ad id spectaculū p̄scēderāt/  
pre stupore ppe amētes fierent tātā v̄tutis p̄statiā in tā parua femia p̄spicien  
tes. Postremo senat<sup>9</sup> venet<sup>9</sup> q iā multuz spei in petro brunoro/ z hac celebri se  
mina collocaret: ad muniendā z custodiendā Euboeā p̄tra turcos v̄trosqz mi  
sit. Quādiū aut ibidē p̄suere ip̄mis vrbez illā validissimis p̄sidijs firmaucre/  
in quo plane negocio ita se gessere/ z ita opaz nauarūt: vt ture<sup>9</sup> ipsis viuetib<sup>9</sup> nū  
qz ausus sit ipsaz Euboeā expugnatiōe agredi. Demū ipsi<sup>9</sup> viro carissimo br/  
noro in calcide vrbe defūcto/ z ab ipsa sua fidelissima p̄iuge bona magnificētis  
simō ereqaz cultu ibidē sepulto. Et ipsa haud multo post ex desinterio ralitu/  
dinaria effecta quē quidē morbū ex lōgo suo itinere p̄trarerat: cū in aio habe/  
ret venecias repetere vt stipendiū p̄s filijs p̄tinuaref. Metonē pelloponēsi vr  
bcm tādem puenit. Abi z in terrā i grāuētē morbo exponi se iussit. Ibideqz  
cuz idies graui<sup>9</sup> laboraret: duos religiosos valde deuotos ad se accersiri iussit:  
quib<sup>9</sup> tāqz vera xpiana oēz aie sue curā credidit. Aqbus sacramētis oibus de  
uotissime suscepitis/ et testamentū cum oi integritate inentis pdere voluit: z an  
oia in remissionē peccatorū suoqz trecentos ducatos i pauperis xpī manib<sup>9</sup> suis  
liberaliter erogauit. Sepulchrūqz sibi p̄strui fecit. qd extuctū vt erat aio excel  
so/suis ppriis oculis itueri voluit. Postremo et ex more xpiano inuncta: quū  
de rebus diuīs indeffesse loqretur placida morte extremū emisit spiritum. Eu/  
iūs magnifice femie virtutem tam admirabilem/ inter decora aliarum clararuz  
seminarum que memorande fuerant hic coniungendaz esse putau. Qāuis hu  
mili loco z obscuris parētibus fuerit nata: vt alie mulieres que magno genere  
prestant: z natalibus accendantur z inflamentur ad emulanda ornamenta vir  
tutum: ex quibus omnis honos omnisiqz vera laus proficiscitur.

**T**e Blanchamaria Mediolani ducissa. capi. clvii.



Blanchamaria mulierum  
nostrī enī optia femia frā  
cisi scorie Insubriū ducis  
vror. Philippiqz marie itē  
ducis vnicā filia: per oia clarissima z in  
dulgentissima/ z ipsa eodē anno quo z  
predicta Bona videlicet in anno salu/  
tis nostre millesimo. cccclviiij. i oppi  
do suo Maregnani agri mediolanēsis  
anno etatis sue q̄rto z quadragesimo  
christianissime vitā finitit. Femia cer  
te ex oi parte perfectissima/ cuius tante  
pfectio erāt diuine hūaneque virtutes/  
vt nō morte solū sed z mortis/oi carere debuerat suspicioe. Quippe huius vira  
ginis tāta erat: pbitas/ z moqz oīm integritas. pudicitia/ innocentia/ fides/ pie  
tas/ sc̄timoniaqz: vt p̄rie fulgor/ z parentū claritudo. merito ab oibus p̄fiteretur  
cēseretur/ z appellaref. Imprinis q̄ppe erat ml̄ier admodū formosissima accor  
pore elato/ decora venustaqz facie/oi niue cādidiōr cū nitidis roseisqz genis. ac



quadā prestāti et singulari grā vi et effigie ipsi⁹ hic impressa q̄sq; aia duerere pōt. Eui⁹ ite⁹ oculi grādes et nigri: cū quodā inicati fulgore: ac splēdore. Suus q̄ icesus status quoq; ac habit⁹: oī fulgebat decore et hōestate. Su⁹ p̄terea sermo greuissim⁹. et mira suauitate videbat p̄ditus. Erat insup et re et noie vtiq; blācha/oī muliebri seru et dignitate prestātor ac cādore pulchrior. Mā tanta erat ipsi⁹ ai pudicitia: vt nemo discerneret maior ne eēt: an castitas ipoluti illi⁹ corporis quā semp nō venerati minuſq; admirarent oēs. Herba illius nō solū pūdica/sz et oī verecūdia plena. Herutū in eisdē vtebat quādoq; salib⁹ et caulis/sz sine alicui⁹ offensiōe: cū delectatiōe quorūcūq; audiētū. Tāta xo erat ipsi⁹ būanitas et clemētia. vt anteiret quascūq; supiores reginas et semias. Elniuersā etciz nature bonitatē et ai magnitudinē in rniuersa illius vita/sem̄ cōplecti videre visa est: ita: vt nedū iniurias oēs obliuioi penit⁹ traderet: ymo ēt ijs bne-saceret/agbus iniuriaz accepislet/obseruatrix plane saluatoris nři p̄cepti:q ait. Mibi vindictā et ego retribuā. Oia nēpe p modulo fragilitatis sue tāq; xpia-nissima/sem̄ ad creatorē suā referebat quē nouerat supra boiu⁹ merita muni-ficētissime retribuere. Erat insup ita placida ac mitis: et sine cuiuscūq; iterces-sore se adire volentē in tēpestiu⁹ duceret neminē. Quin ymo oēs ea attentione atq; leuitate audiebat: vt obsequētissimi numis benignitatēz rep̄sentaret. Eius fide nihil erat sancti⁹: qcquid.n.semel pmisiss̄ emori mallet: q̄ min⁹ effectui mādare. Neq; n. (vt solent fere oēs mulieres) erat comparande vel p̄gregāde peccunie cupida: ymo liberalissima ymo piētissima et munificentissima: ita vt nullū sibi vñq; seruare voluerit peculiū: sed oia q̄ ex amplissimis suis puenti-bus p̄seqbatur bona: ea cūcta q̄ liberalissime et p dignitate merētū distribu- ret. Infinitas ppemodū ingenuas puellas: q̄ ob dotis inopiaz (perissent forte) suis pecunijs viris legiptime collocauit. Monasteria plurima tā muliez/q; vi-roz et Mediolani et alibi/aut restituit/aut amplificauit et erornauit atq; locuple-tauit. Un̄ nec iuolui dz silentio: qđ cū in predā placētia militib⁹ traderef dilā-niāda hui⁹ intus et pce monasteria sc̄timonialū seruata fuere in quib⁹ virgines q̄plurime i pudicitia illibata remāserūt. Neq; n. quēpiā seruoq; dei sue beni-fcentie imunē vñq; esse voluit. Plurimā itē curā gerebat p paupibus deūctis- arq; suis p quib⁹ sine itermissiōe singulis annis anniuersalia plurimā celebra-re faciebat. Una equidē visa est hec virago Blācha: q̄ ad cōem bonoꝝ oīuz na-tā fuisse iudicari potuisset. Neq; minor ei⁹ iustitie obseruātia erga boles/q̄ pie-tatis erga deū. Aiūt.n. quū diez obiturā se aia dueret/etā ditisse: ob eā rē dū-tarat/vitā tātis per cupere/donec eri alieno satissaceret. Mā ob donādi et erogā-di pp deū magnificentiā alieniuz cs/nō mediocriter p̄flauerat: id tñ vt solueref accuratissimo canit testamēto. Oia tñ ei⁹ iustitie munera hic in mediū refferre nō est opus: quū nō mō illā oī iniuria ac maleficio semp abstinuisse/sz ita ope-rā atq; industriā oēm semp adhibuisse/vt null⁹ sibi locus ppulsāde ab alijs in-iurie relinqref. Quam ob cāz mortuo eius viro Francischo Sforzia duce/veneti-etsi quandā honestā cām riderēf habere iusti belli aduersus regnum siuz/ob nō absurdas quasdam suspitiōes: tamē ob eius amore ab omni bello proſus abstinuere. Quin potius eam perbenigne horati fuere/vt bene dese se speraret/ cum nihil oīno pretermittere decreuissent/q̄ eius regno profutuꝝ intelligerēt. Quā venetoꝝ mentez cū finitimi ceteri cognouissent lōge facilis sunt adducti

